



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Codex traditionvm Corbeiensivm**

**Falcke, Johann Friedrich**

**Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752**

§. 95. De traditione bonorum Alsburgæ in villa Billurbechi in pago  
Huuetigo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36114**

## §. 93.

Tradidit alferus in uice herimanni quidquid habuit *herimannus* (y) in *dunge* (z) mansum unum. testes bado horic hoger et alii quatuor.

gubernante  
Corbeiam  
Waringo.

## §. 94.

Tradidit tancred in *amplitibi* (A) quidquid ibi habuit. testes hoger marcobodo pumi uuighard et alii sex.

## §. 95.

Tradidit *alzburg* (B) pro anima *geroldi* (C) in pago *huuetigo* (D) in uilla *billurbechi* (E) mansum unum de terra. testes teodulf geruuuard bodo uuerinbert et alii tres.

## §. 96.

uio Dimola in episcopatus Paderbornensis tractu inter Scherue et Narden villas. Rimbe-  
Bona Corbeienſis ibidem olim in feudum data erant Nobilibus de Papenheim  
dictis. Poſſet autem quis quærere, qua ratione *Amelungus* comes eadem bona  
acquiſiuerit. Liceat ita reſpondere. *Amelungus* ea ſine vlllo dubio accepit in  
dotem per nuptias vxoris ſuæ Hadwi. Infra enim ex §. 180. dilucet, eandem  
*Hadwigam* in eodem loco *Rimbeke* poſitos adhuc tres manſos ad monaſterium  
noſtrum tranſuuliſſe, quos ex hereditate patris ſui *Ecberti* ducis probabiliter ſibi  
retinuerat. Vnde colligi poteſt et confirmari ſententia noſtra, quam ſupra §. 86.  
not. (q) aperuimus, ibidem pronunciantes, *Ecbertum* ducem cuiusque liberos in  
pagis Heſſi, Nerga et Auga, prædia ampliſſima poſſediſſe.

- (y) Cum ſupra §. 18. quidam comes *Witmannus* in villa *Dunegon* decem manſos mo- De Heri-  
naſterio Corbeienſi donaret, erat inter teſtes quidam *Herimannus*. Hoc §. te- manno.  
ſte, in villa *Dunge*, quæ vna eademque cum *Dunegon* erat, *Herimannus* bona  
poſſedit. Ex hoc quis colligere momento poteſt, comitem *Witmannum Heri-  
manni* conſanguineum fuiſſe.
- (z) *Dunge* villa deſolata eſt, olim inter Lebendorf et Furſtenau ſita prope caſtella De villa  
Collerbeke et Swalenberg. Quæ comitum Swalenbergicorum olim erant. Quum *Dunge* in  
vero nomen *Hermanni* in genealogia comitum Swalenbergienſium, qui originem, pago Au-  
vii infra videbimus, ex ſtirpe Widikindea ducunt, ſæpius recurrit, probabiliter ga.  
hic *Herimannus* ad ſtemma Widekindi M. referendus eſſe videtur. *Witmannus*  
eius frater fuiſſe videtur.
- (A) De villa *Amplitibi*, in pago *Guddingo* ſita, vide ſupra §. 7. not. (u) De villa  
Ampli-  
thi.
- (B) *Alzburgam* fuiſſe vxorem Walberti nepotis Widekindi Magni, ex diplomate ipſius De Als-  
Walberti patet, infra inferendo. An illa ex ſtirpe ducis Ecberti, et fortassis eius burga.  
filia fuerit nata, pro vero reputare vellemus, ſi Diis placeret. Bona ſane, quæ  
poſſedit ipſa, et filius eius, id videntur indicare. Geroldum eius filium fuiſſe,  
id eſt probabiliffimum. Fuiſſe autem Geroldum filium Walberti, eſt in incerto.  
Fortassis Alsburga ante, quam nupſit Walberto, alium maritum habuit. Videtur  
*Alsburga* pro eius et ſui filii Geroldi anima voluiſſe hæc dare. quod vero non ita  
eſt accipiendum, ac ſi hoc tempore eius filius Geroldus fuerit mortuus. Vixit  
enim ipſe omnino poſt annum adhuc 840, vti ex diplomatis noſtris, et ex his  
traditionibus pateſcet.
- (C) *Geroldus* infra nominatur comes. Ipſe tandem grandis natu monaſticæ ſe conſecrauit De Ge-  
vitæ, et, quidquid habuit, eccleſiæ contulit Corbeienſi. roldo.
- (D) De pago *Huuetigo* vide ſupra §. 3. not. (c). Diſſeruit de eo copioſe Ill. Chriſtia-  
nus Vricus Grupen in limine *originum Pyrmontanarum*.
- (E) Villam *Billurbechi* inueſtigaturi deprehendimus primo villam quandam nomine De villa  
*Billurbike* non procul a Coaſfelt oppido, in qua S. Ludgerus primus Monaſteri- Billerbe-  
enſium episcopus animam Deo reddidit, teſtante eius Vita Tom. I. *Script. Rev.* chi.  
*Bronſ. Leibnitii* f. 93. quæ autem hæc noſtra villa eſſe non poteſt. Deinde eſt  
villa quedam *Bilderbeck* in Principatu Wolferbuttelano, ad fluuium Leinam, cu-  
ius eccleſia filia eſt eccleſiæ in Grene, quæ etiam hic intelligi nequit, quia pagi  
Tili.